ORACION IX.

CONTRA

MARCO ANTONIO O FILIPICA IX.

—

ARGUMENTO.

Haciendo propuesta el cónsul Pansa sobre el honor que se habia de dar á Servio Sulpicio, que, habiendo sido enviado del senado por embajador á Marco Antonio, habia llegado cerca de sus reales, y habia muerto antes de poder esponer la embajada. Publio Servilio fué de parecer que se honrase su memoria erigiéndole un sepulcro, mas no estatua; porque decia que esta se erigia á los que habian sido muertos violentamente en la misma embajada. Mas Ciceron votó que se le debio erigir tambien estatua, como parece se hizo.

EXORDIUM.

1. Vellem dii immortales fecissent, Patres conscripti, ut vivo potiùs Ser. Sulpitio gratias ageremus, quàm mortuo honores quæreremus. Nec verò dubito quin, si ille vir legationem renuntiare potuisset, reditus ejus et nobis gratus fuerit, et reipublicæ salutaris futurus; non quòd L. Philippo et E. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto officio tantoque munere; sed, cùm Serv. Sulpitius ætate illis anteiret, sapientiâ omnibus, subitò ereptus è causâ totam legationem orbam et debilitatam reliquit.

Quòd si cuiquam justus honos habitus est in morte legato, in nullo justior quàm in Serv. Sulpitio reperietur. Cæteri, qui in legatione mortem obierunt, ad incertum vitæ periculum sine ullo mortis metu profecti sunt. Serv. Sulpitius cum aliquâ

EXORDIO.

1. Quisiera, Padres conscriptos, que los dioses inmortales hubieran dispuesto que diésemos las gracias á S. Sulpicio viviendo, y no que le solicitásemos honores despues de muerto. Pues no dudo que, si él hubiera podido volver con la respuesta de su embajada, su vuelta nos habia de haber sido grata á nosotros y provechosa á la república: no porque haya faltado en L. Filipo, y en L. Pison, ni celo, ni cuidado en comision de tanta importancia y encargo de tanto peso: mas, como S. Sulpicio los escedia á ellos en edad, y en sabiduría á todos, arrebatado de repente del medio de la negociacion, dejó huérfana y debilitada toda la embajada.

Y si á algun legado se le dió el justo honor en la muerte, en ninguno se hallará mas razon para él que en Sulpicio. Los demas que murieron en embajadas, se partieron sin ningun miedo de la muerte espuestos solo á un peligro incierto. Pero S. Sulpicio partió con alguna esperanza sí de llegar á donde estaba M. Anto-

perveniendi ad M Antonium spe profectus est, nullâ revertendi. Qui cùm ita affectus esset, ut, si ad gravem valetudinem labor viæ accessisset, sibi ipse diffideret : non recusavit, quò minùs vel extremo spiritu, si quam opem reipublicæ ferre posset, experiretur. Itaque non illud vis hiemis, non nives, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingravescens retardavit; cùmque jam ad congressum colloquiumque ejus pervenisset, ad quem erat missus, in ipsâ curâ et meditatione obeundi sui muneris excessit è vitâ. Ut igitur alia, sic hoc, C. Pansa, præclarè; quod nos ad honorandum Serv. Sulpicium cohortatus es, et ipse multa copiosè de illius laude dixisti.

CONFIRMATIO.

2. Quibus à te dictis, nihil præter sententiam dicerem, nisi P. Servilio respondendum putarem, qui hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit nisi ei qui ferro esset in legatione interfectus.

nio, mas con ninguna de volver. Y estando tan indispuesto, que, si á su grave indisposicion se le agregase el trabajo del camino, desconfiaba él mismo de sí : no rehusó el probar, si aun en su última respiracion podia dar alguna ayuda á la república. Y así no le detuvieron ni el rigor del invierno, ni las nieves, ni lo largo del viaje, ni la aspereza de los caminos, ni aun el agravársele la enfermedad : y habiendo llegado ya á verse, y abocarse con aquel, á quien iba diputado, murió en el medio mismo de los cuidados y medidas, que tomaba para el desempeño de su encargo. Como pues en otras cosas, así en esto has obrado, C. Pansa, escelentemente, habiéndonos exhortado á honrar á S. Sulpicio, y hablado tú mismo largamente en su elogio.

CONFIRMACION.

2. Despues desto no haria mas que decir mi parecer, si no creyera que se debia satisfacer á Publio Servilio, que fué de dictámen de que este honor de la estatua no se habia de dar sino al que hubiese sido muerto á hierro en la misma embajada. Mas, segun yo

Ego autem, Patres conscripti, sic interpretor sensisse majores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quærendum. Etenim, cui legatio ipsa morti fuisset, ejus monumentum extare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Non igitur exempla majorum quærenda, sed consilium est eorum, à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum.

Lar Tolumnius, rex Veientium, quatuor legatos populi romani Fidenis interemit: quorum statuæ usque ad meam memoriam in Rostris steterunt. Justus honos. Iis enim majores nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro brevi vitâ diuturnam memoriam reddiderunt. Cn. Octavii, clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. Nemo tum novitati invidebat, nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octavii, in quâ periculi suspicio non subesset. Nam, cùm esset missus à senatu ad animos regum perspiciendos, liberorumque populorum; maximèque, ut nepotem Antiochi

interpreto, Padres conscriptos, la mente de nuestros mayores, lo que ellos quisieron, fué que se atendiese á la causa de la muerte, no al género de ella. Pues su intencion fué que quedase memoria de aquel á quien la misma embajada hubiese ocasionade la muerte, para que en las guerras peligrosas abrazasen los hombres con mas ánimo el cargo de embajadores. No se han de buscar pues los ejemplares, que nos dejaron nuestros mayores; sino que se ha de esplicar su intencion, de la que procedieron los mismos ejemplares.

Lar Tolumnio, rey de los Veyentes, quitó la vida en Fidenas á cuatro embajadores del pueblo Romano, cuyas estatuas se mantuvieron hasta mi tiempo en el Prorostra. Honra justa: pues así volvieron nuestros mayores por una vida breve una memoria duradera á los que habian muerto por la república. En el mismo lugar vemos la estatua del grande y esclarecido varon, Cn. Octavio, que fué el primer cónsul en aquella familia, que despues floreció en hombres esforzadísimos. Porque ninguno entonces envidiaba á la nobleza nueva; todos honraban el valor. Mas la embajada de Octavio fué de una calidad que en ella no habia ninguna sospecha de riesgo. Porque habiendo sido enviado del senado para reconocer las intenciones de los reyes y pueblos libres; y particularmente para prohibir al nieto del rey Antioco, aquel que trajo guerra

regis, ejus qui cum majoribus nostris bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet : Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. Reddita est ei tum à majoribus statua pro vitâ : quæ multos per annos progeniem ejus honestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restaret. Atqui et huic et Tullo Cluvio, et L. Roscio, et Sp. Antio, et C. Fulcinio, qui à Veientium rege cæsi sunt, non sanguis, qui profusus est in morte, sed ipsa mors ob rempublicam obita, honori fuit.

3. Itaque, Patres conscripti, si Serv. Sulpicio casus mortem attulisset, dolorem quidem tanto reipublicæ vulnere, mortem verò ejus non monumentis, sed luctu publico esse honorandam putarem. Nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio ? Secum enim ille mortem extulit, quam, si nobiscum remansisset, suâ curâ, optimi filii, fidelissimæ conjugis diligentiâ, vitare potuisset. At ille, cùm videret, si vestræ auctoritati non paruisset, dissimilem se futurum suî ; sin paruisset, munus sibi illud pro republicâ susceptum

con nuestros mayores, el que tuviese armadas y mantuviese elefantes : fué muerto en Laodicea en un gymnasio por un Leptin. Resarcieron entonces nuestros mayores la pérdida de la vida con una estatua, que por muchos años honrase su descendencia, y ahora quedase ella sola para recuerdo de tan gran familia. Pues en verdad que así á este, como á Tulo Clelio, á L. Roscio, á Sp. Ancio, y á C. Fulcinio, que fueron muertos por el rey de los Veyentes, no fué lo que los honró la sangre que derramaron en su muerte, sino el haber recibido esta por la república.

3. Y así, Padres conscriptos, si S. Sulpicio hubiera muerto en otra ocasion, sentiria, si un tan gran golpe, como recibia en esto el Estado; pero no juzgaria que se debia honrar su muerte con monumentos, sino con el llanto público. Mas ahora quién duda que le quitó la vida la misma embajada? Pues se llevó consigo la muerte, que quedándose con nosotros hubiera podido evitar con su cuidado, con el de su muy buen hijo, y la diligencia de su fidelísima muger. Mas él, viendo que si no seguia vuestra persuasion, desdiria de quien era ; y, si la obedecia en encargase de aquella comision por el bien público, le habia de costar la vida : quiso mas morir acudiendo al favor de la república,

finem vitæ fore : maluit in maximo reipublicæ discrimine emori, quàm minùs, quàm potuisset, videri reipublicæ profuisse. Multis illi urbibus, quà iter faciebat, reficiendi se et curandi, potestas fuit : aderat hospitum invitatio liberalis pro dignitate summi viri, et eorum hortatio, qui unà erant missi, ad requiescendum et vitæ suæ consulendum. At ille properans, festinans, mandata vestra conficere cupiens, in hâc constantiâ, morbo adversante, perseveravit. Cujus cùm adventu maximè perturbatus esset Antonius, quòd ea, quæ sibi jussu vestro denuntiarentur, auctoritate erant et sententiâ Serv. Sulpicii constituta : declaravit, quàm odisset senatum, cum auctorem senatûs extinctum lætè atque insolenter tulit. Non igitur magis Octavium Leptines, nec Veientium rex eos, quos modò nominavi, quàm Serv. Sulpicium occidit Antonius. Is enim profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit. Quocirca etiam ad posteritatis memoriam pertinere arbitror, exstare, quod fuerit de hoc bello judicium senatûs. Erit enim statua ipsa testis, bellum tam grave fuisse, ut legati

que se hallaba en grandísimo riesgo, que no que pareciese que no habia hecho por el Estado todo lo que habia podido. En muchas ciudades por donde pasaba, pudo repararse y curarse : sus huéspedes le convidaban liberales, como pedia la dignidad de varon tan grande, y le exhortaban los que habian sido enviados con él á que descansara y atendiera á su vida. Mas él, acelerándose, y dándose prisa, deseoso de concluir vuestro encargo, se mantuvo constante á pesar de la enfermedad, y habiendo su llegada turbado notablemente á M. Antonio, por ver, que lo que se le iba á intimar de órden nuestra, se habia ordenado por autoridad y parecer de Serv. Sulpicio : declaró cuanto aborrecia al senado con recibir alegría y recocijo de la muerte del que habia dado consejo, y exhortado á este órden. Y así como mató el Leptin á Octavio, y el rey de los Veyentes á los que poco ha he nombrado, así mató Antonio á Serv. Sulpicio. Porque en la realidad el que es causa de la muerte, ese es el que la da. Acerca de lo cual juzgo que aun para la memoria de la posteridad hace al caso que quede un testimonio de cuál fué el juicio del senado sobre esta guerra. Y la misma estatua será testigo de que la guerra fué de tanta consideracion, que la muerte de un embajador mereció que se perpetuase en la memoria su honor.

interitus honoris memoriam consecutus sit.

4. Quod si excusationem Serv. Sulpicii, Patres conscripti, legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur, quin honore mortui quam vivo injuriam fecimus, sarciamus. Vos enim, Patres conscripti, (grave dictu est, sed dicendum tamen) vos, inquam, Serv. Sulpicium vitâ privastis. Quem cùm videritis re magis morbum quàm oratione excusantem, non vos quidem crudeles fuistis, (quid enim minùs in hunc ordinem convenit ?) sed, cùm speraretis nihil esse quod non illius auctoritate et sapientiâ effici posset, vehementiùs excusationi obstitistis : atque eum, qui semper vestrum consensum gravissimum judicavisset, de sententiâ dejecistis.

Ut verò Pansæ consulis accessit cohortatio gravior, quàm aures Serv. Sulpicii ferre didicissent, tum verò denique filium, meque subduxit, atque ita locutus est, ut auctoritatem vestram vitæ suæ se diceret anteferre. Cujus nos virtutem admirati non ausi sumus adversari voluntati. Movebatur

4. Y si quisiéreis, Padres conscriptos, acordaros de la escusa que Serv. Sulpicio alegó para no encargarse de la legacion, no os detendreis poconi mucho, en que le resarzamos, honrándole despues de muerto, la injuria, que le hicimos en vida. Pues vosotros, Padres conscriptos (cosa dura es de decir, pero sin embargo no se debe callar), vosotros, digo, quitásteis la vida á Serv. Sulpicio. Pues viéndole escusarse mas con su enfermedad, que con palabras, no fuisteis, es verdad, crueles (pues qué cosa hay menos propia de este órden) ? mas con la esperanza de que no habria cosa, por difícil que fuese, que no pudiese lograr con su autoridad y sabiduría, resististeis con demasiado empeño á su escusa, é hicisteis mudar de parecer á un sugeto, que siempre habia juzgado por gravísimas vuestras determinaciones.

Y cuando á vuestro empeño se allegó la exhortacion del consul Pansa, de mas gravedad y peso, que lo que podian sufrir los oidos de Serv. Sulpicio, ya no pudo resistir mas, y por fin se apartó á un lado conmigo, y su hijo, y nos habló en términos de decir que anteponia vuestra autoridad á su vida. Nosotros admirando su valor, no nos atrevimos á oponernos á su